

Sam. I, V, 8 de arca dei Isrl̄ iudicate nobis, responderuntque Getthei et dixerunt β (nichts von „mentis excessio“ in β Lips., s. Berger S. 168); IX, 5 (Suph) et non invenissent β ; IX, 6 absque (*statt sine*) β ; XIII, 6 sitos α Lips., positos β = Vulg.

II, I, 18 Juda carmen $\alpha\beta$; Juda planctum auf Rasur Lips.; X, 18 peditum mit Glosse equitum α , peditum auf Rasur β ; equitum Lips. Vulg.; X, 19 fugerunt et ceciderunt $\alpha^I\beta$; et octo fehlt $\alpha^I\beta$; X, 19 ultra fehlt $\alpha\beta$; XI, 4 misit . . . nuntios et (tulit) $\alpha^I\beta$.

3.

Briefe des Jacobus de Vitriaco (1216—1221) ^a.

Herausgegeben

von

Reinhold Röhricht.

III. C. 1. Septemb. 1218. Editio: Martène, Thes. anecd. III, p. 288—289, unde Fejer, Cod. diplom. Hungariae VII A, p. 197—198. — Codices: Parisiensis No. 5695, f. 80a—80b (M), unde Martène edidit, Riantii f. 144v—145r (R).

Reverendo ¹ in Christo patri ac domino Honorio, Dei gratia summo pontifici, J(acobus), divina miseratione Aconensis ecclesie minister humilis, tam ² devotam quam debitam reverentiam.

Noveritis ³, quod anno Domini ab incarnatione MCCXVI(r) aderant hi principes apud Acon, scilicet rex Hungarie, rex Cypri, dux Austrie, rex Jerusalem, Templarii ⁴, Hospitalarii, principes et comites, equites et pedites, quorum multitudo numerum excedebat, et ut dicunt, qui captioni civitatis Acon affuerunt, nulla comparatio fuit illius exercitus ad istum tum ⁵ sive in armis, sive in equis, sive etiam ⁶ in bellatoribus. Consilio ergo ⁷ inito ⁸ post aliquot ⁹ dies iverunt ¹⁰ usque ad Damascum, et ¹¹ multas

a) S. Bd. XIV, S. 97—118.

1. R Sanctissimo patri. — 2. R debitam quam devotam et osculo pedum reverentiam. — 3. R In principio autem guerre aderant hii primates apud Aconem, rex. — 4. R et hospitale beate Marie et beati Johannis et templum et principes et comites et equites et pedites. — 5. R omittit. — 6. R sive in bello. — 7. R vero. — 8. M initio. — 9. R aliquos. — 10. R fere. — 11. R omittit.

villas et casalia depopulaverunt¹ et destruxerunt arbusta² et oliveta et omnia ligna fructifera et, quecumque potuerunt, Sarracenis mala intulerunt et aliquot captos ex eis in reditu suo duxerunt, sed sciatis, quod plures ex nostris in eadem amissi sunt equitatura, quam capti ex alienis. Postea vero, aliquot elapsis diebus, habito consilio, iverunt ad montem Thabor et facto ibi quodam insultu sine aliquibus machinis statim recesserunt, et dictum est, quod, si viriliter institissent, de levi castrum acquisissent, sed, ut totus clamat populus, tam in hac vice, quam in supradicta quorundam mala fides intercessit. Tertium vero iter aggressi sunt apud castrum quoddam, quod dicitur Belfort et est apud Belinas, que alio nomine Cesarea Philippi nuncupabatur, ubi satis adversitatis et inedia sustinuerunt nec non et jacturam equorum, bestiarum et gentis magnam incurrerunt et sic Accon reversi sunt, que omnia facta sunt a festo Omnium Sanctorum usque ad Circumcisionem Domini (1. Novemb. 1217 — 1. Januar. 1218). Post festum itaque Epiphaniæ (6. Januar. 1218), sumta occasione, recessit rex Hungarie iter suum dirigens per terram ab Accon usque ad Tripolim et a Tripolim usque ad Antiochiam et sic deinceps usque ad Constantinopolim et ita demum in patriam suam. Simul et semel recessit cum eo rex Cypri et cum eo comes Tripolitanus, ut sibi sororem suam traderet in uxorem. Nec longo elapso tempore apud Tripolim mortuus est rex Cypri. Sarraceni vero ipsum comitem Tripolitanum debellaverunt, qui treugas cum ipsis coactus est inire. Diminuto ergo Christianorum exercitu, statim post recessum regum datum est consilium manum mitti ad firmandum castrum civitatis, que dicitur Cesarea Palestine, ivitque illuc rex Jerusalem, dux Austrie, patriarcha, episcopus Accon, Hospitale et totus residuus exercitus cum eis preter Templarios, et moratum est ibi, donec firmatum est castrum et bene munitum. Ceterum Templarii nulla simulationis velamine se volentes palliare, ne in obsequium Dei et terre sancte tam se quam sua prorsus exponerent, opus egregium per se aggressi sunt, ubi tot et tantas effuderunt divitias, quod mirum est, unde eas accipiant, plus enim castrum illud jam Sarracenos gravavit, quod totus fecerat Christianorum exercitus. Temporis itaque curriculo procedente reversoque toto exercitu in Accon preter partem illam, que Deum timuit, ut cum Templariis in opere suo remaneret, a tempore medie Quadragesime, a rege et duce ceterisque magnatibus sepe et sepius iterata sunt consilia, quomodo ulterius sit procedendum. Adveniens itaque quidam magister, Oliverius nomine, Coloniensis ecclesie canonicus, qui in partibus suis auctoritate domini pape crucem predica-

1 R. dispolaverunt. — 2. R omnia sequentia omittit.

verat, qui multos cogones cruce signaverat et infinitos homines. Hi quidem cogones, cum in Hispania hyemassent, eo tempore Accon applicuerunt. Congregato igitur quadam die capitaneorum omnium consilio, cum ad aliquid faciendum ipsos vehementer dictus magister ex parte suorum incitaret peregrinorum, inspirante spiritu sancto ab omnibus unanimiter concordatum est Babyloniam ire sicque factum est, quod in die Ascensionis Domini (24. Maj.) iter ab Accon arreptum est per mare, quo usque, favente Domino, Damiatam, civitatem Ægyptiorum permaximam supra ripam fluvii paradisi sitam, prospere perventum est. Ibi usque modo totus conedit Christianorum exercitus in quadam insula dicti fluminis ex adverso civitatem ipsam debellans et quamdam turrem, que est in medio fluminis, fortissimam et supra modum bene munitam, et que progressum in fluvio nostris omnino prohiberet, necnon ad civitatem expugnandam nostris potissime obstaret, si non eam, dante Domino, post multos labores et sudores et non sine proborum amissione virorum mirabiliter acquisissent. Que quidem, animante Domino, in die Sancti Bartholomæi (24. August.) capta est et in ea C. et XIII. preter occisos et eos, qui putantes evadere in flumine submersi sunt. Nunc ergo omnium nostrorum studium est et una voluntas flumen transire et ex ima parte soldanum Babylonie, qui ex altera parte ripe cum infinito exercitu parum ab eis distat oppositus, invadere et ex alia civitatem ipsam virilibus debellare insultibus et a tertia parte galeas et vasa sua potenter impetere, ut manus Dei bona sic inimicos crucis Christi dejiciat et fideles suos in ejus laudibus semper attollat. Amen.

IV. 22. Sept. 1218. 1. Editio: Martène, Thes. anecd. III, p. 289—294. — 2. Codices: Gandensis Nr. 554 (G), Parisiensis Nr. 5695, f. 80^b—82^b, unde Martène (M), Riantii f. 145^r—147^v (R). — Francogallice vertit Guizot, Collection XXIV, p. 341—346.

a. Dilectis in Christo amicis J(acobus), divina permissione Acconensis ecclesie minister humilis, in spiritu humilitatis et in animo contrito agno sponso virginum constanter servire Jesu Christo¹. — b. Sanctissimo in Christo patri ac domino Honorio, Dei gratia summo pontifici, J(acobus), divina miseratione Acconensis minister humilis, tam debitam quam devotam cum osculo pedum reverentiam².

Quam arta est via³, que ducit ad vitam, et pauci intrant per eam (Matth. VII, 14), quoniam per multas tribulationes, ut ait Apostolus (2 Cor. IV, 17) et Dominus in evan-

1. G. — 2. MR. — 3. M via est.

gelio: Contendite intrare per angustam portam (Luc. XIII, 24)! Multi pusillanimes et inconstantes ab exercitu Domini inexpleto voto recedentes multa et varia et ¹ falsa loquuntur ² in excusationem suam ignavie sue ³ solatium querentes. Unde sicut in aliis litteris de hiis, que in exercitu Domini fuerunt et ab initio facta sunt, vos certificare, ita et hiis ⁴ presentibus litteris de his, que postea facta ⁵ sunt, vos certificare ⁶ proposui. Novetis itaque, quod, postquam a Cesarea recessimus, in qua cum magno periculo contra exercitum ⁷ paganorum, pauci contra multos, eram, in via, que ducit ⁸ Jerusalem, munitionem ereximus. Media septimana Quadragesime (c. 25 Mart.) devenimus ad locum quemdam in eadem via Jerosolymitana, qui Districte ⁹ nuncupatur, ut contra ¹⁰ impetus sperarios nostros, qui castrum inexpugnabile supra mare inchoaverant, defenderemus. Interim vero Sarraceni venerunt Cesaream, quidam vero ex nostris, licet pauci, eorum se opposuerunt multitudini et, aliquot de militibus nostris ¹¹ interfectis, Sarracenos cum principe suo fugaverunt. Nos vero imminente paschali solemnitate (15. Apr.) ad Acon civitatem ¹² sumus reversi. Multis autem peregrinis a nobis recedentibus et repatriantibus nihil magni ¹³ aggredi ausi sumus ¹⁴. Non multum vero post Pascha, divina misericordia nobis succurrente, venerunt Frisones et Theutonici ¹⁵ cum quadraginta ¹⁶ navibus, que cogones appellantur. Habito autem communi consilio, cum non possemus estivo tempore obsidere Jerusalem propter aque penuriam, alia vero oppida in regno Jerosolymitano ¹⁷ in montibus sita nobis quasi inexpugnabilia videbantur, proposuimus pergere in Aegyptum, que terra fertilis est et ditissima super omnes alias, que sunt in oriente, ex qua Sarraceni potestatem habent et divitias, ut terram nostram valeant retinere, qua terra obtenta de facili totum regnum Jerosolymitanum recuperare possemus. Terra autem Aegypti plana est sine montibus, non sunt ibi lapides nec alique munitiones exceptis tribus civitatibus, scilicet Damiata, Babylonia, quam ipsi Kayre appellant ¹⁸, et Alexandria, quarum una obtenta de facili totam terram nostro subjugaremus imperio. Est autem terra Aegypti in multis privilegiata, in qua Dominus noster Jesus Christus cum B(eata) ¹⁹ matre sua aliquo tempore commoratus est. Unde in eodem loco, in qua Beata Virgo ex itinere fessa dicitur requievisse, constructa est ecclesia, quam habent

1. M omitt. — 2. M loquuntur. — 3. M in excusatione sue ignavie. — 4. M omitt. — 5. M dicta. — 6. M certos facere. — 7. M exercitus. — 8. M in. — 9. G Dicterum. — 10. M paganorum. — 11. M ibidem. — 12. M omitt. — 13. M magnum. — 14. M sumus ausi. — 15. M Teuonici. — 16. M quinquaginta. — 17. M terra Jerosolymitana. — 18. M appellant le Cahaire. — 19. M Maria.

Sarraceni in magno honore. In eadem vero terra multi fuerunt ¹ sancti patres, plus quam in aliis mundi partibus, unde adhuc in eadem terra plures sunt Christiani quam Sarraceni, qui tamen armorum usum non habent, sed terras excolunt et sub servitute paganorum detinentur. Ulterius autem versus orientem usque in finem mundi ubique sunt Christiani, unde, si per Dei misericordiam ² terram illam obtinere possemus ³, christianam religionem ab occidente usque ad orientem continuarem. In eadem etiam ⁴ terra est vinea balsami, unde fit chrisama, quod nusquam ⁵ nisi in partibus illis reperitur. In die vero ⁶ Ascensionis (24 Maj.)⁷, celebratis divinis, dominus ⁸ patriarcha cum clero et populo ab ecclesia Dominici ⁹ Sepulcri, quod est in Acon, lignum Dominice crucis solemniter asportavit ¹⁰. Est autem crux illa, que quondam abscissa fuit ab illa parte Dominice crucis, que ¹¹ in bello Sarracenorum quondam fuit amissa, cujus muniti presentia naves ascendimus in Aegyptum profecturi. Fuimus autem in portu usque ad diem Dominicam sequentem (27 Maj.) non habentes ventum ydoneum ¹². Die autem Dominica ¹³ in mane misit nobis ¹⁴ Dominus ventum competentem, scilicet boream, ita quod duobus diebus et duabus noctibus transeuntes civitatem Tannis ¹⁵ juxta campos Thaneos ¹⁶ die ¹⁷ tertio (29 Maj.) pervenimus ad insulam ante Damiatam, que sita est ¹⁸ inter Nilum fluvium et mare prope ecclesiam S. Jeremie prophete, qui defunctus est in Aegypto. Putantes ¹⁹ autem, patriarcham, regem et alios principes ²⁰ nobiscum esse, non nisi minores et mediocres ²¹ invenimus. Nihilominus tamen de divino confisi adiutorio armis spiritualibus et ²² corporalibus muniti nostri ²³ terram contra inimicos nostros acceperunt, quod miraculose ²⁴ factum a Domino (cf. Marc. XII, 11) credimus. Non minus tamen fuit miraculosum, quod ²⁵ duobus diebus et ²⁶ noctibus a terra promissionis usque in Aegyptum navigavimus, cum postea per mensem multi sequentes nos ad exercitum vix pervenire potuissent ²⁷, cum etiam ²⁸ a terra Aegypti usque ²⁹ ad terram promissionis spatium quadraginta annorum

1. M sunt Christiani et plures quam. — 2. M misericordiam Dei. — 3. M illam possemus obtinere. — 4. M omitt. — 5. M terrarum. — 6. R omittit. — 7. M Assumptionis Domini. — 8. M omitt. — 9. M Domini et. — 10. R asportavit, quondam fuit amissa. — 11. R in quo (sic) Cristus crucifixus fuit, cujus. — 12. MR validum. — 13. M In die vero Dominica misit Deus ventum validum et competentem. — 14. R omittit. — 15. MR Thanis. — 16. M Campothaneos vidimus. Die. — 17. M vero. — 18. R est sita. — 19. R Nos putantes. — 20. MR exercitus. — 21. MR mediocres et minores. — 22. R omittit: et corporalibus. — 23. R nostrates terram et inimicos. — 24. MR miraculosum a Domino factum. — 25. M in; R quam quod. — 26. MR duabus. — 27. R pervenissent. — 28. R omittit. — 29. R omittit.

filii Israëli consumsissent¹. Cum autem patriarcha cum² rege et duce Austrie, cum Templariis et Hospitalariis post tres dies ad nos pervenissent, mirati sunt valde et gavisii sunt³ videntes, quod tentoria nostra in insula⁴, non obstante inimicorum nostrorum fortitudine, fixissemus. Est autem insula illa ante civitatem Damiate sita⁵, Nilo fluvio interjacentem⁶ ab eadem civitate separata, que in prima sua parte⁷ per tria milliaria non habet nisi sabulum⁸ cum sale, postea vero per septem⁹ dietas usque versus Babyloniam protenditur, plena divitiis et bonis omnibus abundans, quam¹⁰ duo millia Sarracenorum, qui Beduini¹¹ dicuntur, custodiebant. Nos autem¹² de facili¹³ possemus eam obtinere et multa tam in divitiis quam in victualibus acquisissemus¹⁴. In illa vero insula statim¹⁵, quando volunt, habitatores¹⁶ pullos habent recentes, non enim ova gallinis supponunt ad cubandum, sed in furnis calentibus¹⁷ statim pulli ex ovis¹⁸ prosiliunt. Nilus¹⁹ vero fluvius, qui alio nomine Euphrates interpretatur²⁰, unus de²¹ quatuor fluminibus paradisi dicitur²², qui sine pluvia²³, vel²⁴ aliqua alia²⁵ evidenti causa singulis annis²⁶ mense Augusti mirabiliter exerescit et²⁷ per totam terram Aegypti se transfundens eam fecundam et fertilem reddit, que alio modo non posset²⁸ fructificari, quia numquam vel raro pluit in Aegypto, et postea ad alveum suum²⁹ revertitur. In hoc autem flumine vidimus monstra quedam³⁰, que cocodrilli nuncupantur, gallice autem caucatrices, que hominibus et equis insidiantes, quicquid dentibus suis³¹ attingunt, devorant³²; per hunc autem fluvium omnes fere aromaticæ species³³ ob orientis³⁴ partibus devehuntur³⁵. Est autem aqua fluminis pinguis³⁶, spissa et paludosa, que plus quam aliquis fimus³⁷ vel marla terram impinguat, unde multi ex nostris fluxum ventris ex potu aque³⁸ incurrentes in

1. R consumpserint. — 2. MR et rex cum duce. — 3. M omittit; R sunt valde videntes. — 4. M omittit: in insula; R omittit: in. — 5. M sitam. — 6. M intercedente. — 7. R in sui prima parte. — 8. R sabulam. — 9. R tres. — 10. M et tunc plus quam; R plus quam. — 11. R Bodelbini; M dicuntur Beduini. — 12. R omittit. — 13. M levi eam obtinere possemus; R eos possumus obtinere. — 14. MR sed naves nostras cum parte exercitus non ausi sumus relinquere. — 15. M omittit. — 16. R terre; M statim habent. — 17. M illa ponentes. — 18. M eis — 19. R Nobilis. — 20. M et; R nuncupatur. — 21. M ex. — 22. R omittit. — 23. R pluviis. — 24. M nec sine pluvia nec sine aliqua; R et sine aliqua preevidentia. — 25. M evidentia. — 26. MR in. — 27. R qui. — 28. M potest. — 29. R omittit. — 30. M quedam monstra; R monstra, que cocodrilla vocantur, gallici (sic) vero cocatrix. — 31. MR omittunt. — 32. M devorant. Est autem. — 33. R species aromaticæ. — 34. R orientalibus. — 35. R adveniunt. — 36. R et. — 37. R alius fluvius et marla. — 38. MR ex potu aque fluxum ventris incurrentes.

sabulo defuncti sunt. Cum autem in exercitu Domini¹ haberemus infirmos, eis Dominus² gratiam et consolationem contulit³, ut loquendo et gaudendo et gratias agendo⁴ transirent⁵ ad Dominum. Hoc⁶ enim solatium recompensavit⁷ eis pius Dominus, qui patrum⁸ et matrum et uxorum et filiorum et⁹ amicorum suorum pro Christo reliquerunt consolationem (cf. Matth. XIX, 29). Mansimus autem in insula predicta¹⁰ quatuor mensibus detenti¹¹ in expugnatione cujusdam turris¹² mire fortitudinis¹³, que nec petrariis, nec instrumentis, que tribucheta dicuntur, poterat superari, nec a parte inferiori suffodi, eo quod in medio Nili fluminis¹⁴ inter insulam et civitatem¹⁵ sita erat, a qua¹⁶ ex parte civitatis usque ad ripam¹⁷ cathene ferree protendebantur, ut¹⁸ naves nostre non possent¹⁹ per fluvium ascendere. Multi autem ex nostris in expugnatione²⁰ turris coronati sunt martyrio, plures tamen de inimicis nostris²¹ quam de²² Christianis nostris²³ occiderunt²⁴. Ereximus autem super naves nostras²⁵ scalas²⁶, quibus ad turrim fieret ascensus²⁷. Inimici vero²⁸ nostri projicientes ignem grecum a turre et maximos lapides et tela innumerabilia pertrahentes nobis viriliter resisterunt. Ex impetu autem fluminis et²⁹ militum armatorum scale fracte sunt³⁰, ita quod valde plurimi³¹ milites in flumine decedentes³² compendio martyrii evolaverunt. Cum³³ autem nobiles et potentes exercitus de expugnatione turris jam fere desperarent, quidam³⁴ homines³⁵ pauperes et³⁶ Deo devoti et humiles, videlicet³⁷ Frisones consilio magistri Oliverii, Coloniensis cancellarii, super duas naves sibi³⁸ invicem connexas et colligatas mirabilem et a seculis³⁹ inauditam erexerunt machinam cum magno labore et expensis, scilicet duorum millium marcharum. Fecerunt enim scalam

1. M multos; R multos haberemus infirmos, Dominus Deus talem eis gratiam. — 2. M hanc. — 3. M tulit. — 4. R omittit. — 5. R transierunt. — 6. MR Hanc enim consolationem. — 7. R contulit. — 8. R patrem et matres, uxores et fratres, filios et amicos pro Cristo reliquerunt. — 9. M amicorumque. — 10. M predicta insula. — 11. R et expugnatione cujusdam mire fortitudinis. — 12. M turris cujusdam; R omittit: turris. — 13. R vel nec petiali (sic) nec tarbuca poterat superare (sic) nec aperti (sic) subterfodi. — 14. M omittit. — 15. R civitatis. — 16. R qua usque ripam ex parte civitate (sic) cathene ferree protendebantur. — 17. M usque ad ripam civitatis due. — 18. M ne naves nostre. — 19. R ascendere fluvium; M fluvium transscendere. — 20. R impugnatione. — 21. R omittit. — 22. R omittit. — 23. MR omittunt. — 24. MR occisi sunt. — 25. R omittit. — 26. M scalas super naves. — 27. R accessus. — 28. R omittit. — 29. M pondere; R armis militum fracte. — 30. MR fracte sunt scale. — 31. R prohi valde. — 32. M ad coelos. — 33. M Dum. — 34. R autem. — 35. R super aures ad modum monachorum rosi fuerant. — 36. R vero devoti. — 37. MR scilicet. — 38. M omittit. — 39. M a solis; R a seculo.

superius, pontem vero ¹ tornatilem inferius et castellum scale imminens ², per quod totam machinam defenderent ³. Et ⁴ quia predicti Frisones ⁵ de virtute sua ⁶ non presumunt, sed in Deo spem totam ⁷ suam ponunt, factis ⁸ processionibus, premissis jejuniis et orationibus cum lacrimis ⁹ turrim cum instrumento predicto ¹⁰ invaserunt ¹¹. Erant autem in turre ducenti et quinquaginta ¹² electi inter alios pugnatores, qui projicientes super scalam ignem ¹³ primam partem, quam ad turrim nostri applicuerunt, combusserunt. Unus autem solus ex nostris ¹⁴ valde probus, qui cum vexillo turrim conabatur intrare ¹⁵, cecidit et mortuus est. Alii vero super aliam partem scale se ¹⁶ recipientes ¹⁷ inter lapides et inimicorum tela constantes persistebant ¹⁸. Peregrini vero tam ¹⁹ nobiles quam alii in sabulo sese ²⁰ projicientes et pulverem super caput ²¹ aspergentes cum lacrymis et gemitu clamabant ²², ut Deus miseretur populi sui, ne forte dicerent ²³ in gentibus ²⁴: ubi est Deus eorum? Nostri vero residuum scale combuste turri applicantes ²⁵ lacrymis et orationibus peregrinorum vegetati et in Domino confortati per medios ignes et gladios et sagittas et lapides in turrim prosilientes ²⁶ quosdam de ²⁷ Sarracenis interfecerunt. Alii vero in partem inferioris ²⁸ turris sese receperunt ²⁹ et ³⁰ projecto igne superius, cum jam nostri non possent alterius sustinere ³¹, in scalam sese receperunt. Submisso vero ponte tornatili ³² inferiori ³³, multi ex nostris turrim circumdantes ³⁴ et ante turris ostium per totam noctem ignem copiosum accedentes adeo ³⁵ Sarracenos inclusos oppresserunt, quod multi ex eis per fenestras sese ³⁶ in flumen ³⁷ precipitantes ³⁸ submersi ³⁹ in aquis perierunt, aliqui vero auxilio suorum evaserunt. Centum vero et duodecim in turre remanentes sese ⁴⁰ cum turre ⁴¹ et armis et victualibus in manus nostro-

1. R omittit; M tornabilem vero. — 2. R imminentes. — 3. M tota machina defenderetur; R que per totum machinam defenderunt (sic). — 4. R omittit. — 5. R sicut Gallici faciunt. — 6. M sua virtute. — 7. R nisi spem suam totam; M Deum totam spem. — 8. R omittit. — 9. M R cum lacrimis et orationibus. — 10. M publico. — 11. R evaserunt (sic!). — 12. M R Sarraceni. — 13. M grecum. — 14. M ex nobis solus; R ex nostris valde probus. — 15. M R intrare conabatur. — 16. M sese; R omittit. — 17. R respirantes. — 18. R omittit. — 19. R tam vero. — 20. R omittit. — 21. M suum. — 22. G omittit. — 23. M dicant. — 24. R omittit: in gentibus. — 25. R cum. — 26. R procedentes. — 27. M R ex. — 28. M inferiorem partem. — 29. M recipientes. — 30. R omittit: et — submisso. — 31. M sustinere ulterius fumum et ignem grecum non valent. — 32. R tornatuli. — 33. M omittit. — 34. M omittit. — 35. R omittit. — 36. R se. — 37. M fluvium. — 38. M et putantes evadere; R recipientes. — 39. M R sunt; R quasi plumbum in aquis vehementibus; alii vero. — 40. R se. — 41. R in turri cum armis.

rum¹ tradiderunt². Inimici vero nostri, amissa turre, que clavis erat totius provincie³, et custodes civitatis confusi sunt valde et perterriti. Nostri vero debitas Domino gratias retulerunt et precipue⁴, quod tantum decem ex nostris⁵ in turrim prosilientes, sicut dictum est, ducentos quinquaginta, quibusdam occisis, fugaverunt. Sarraceni vero vires suas pro posse suo⁶ colligentes ripam⁷ fluminis nobis oppositam ex parte civitatis fossatis⁸, armis, balistis et⁹ machinis et viris bellicosis contra nos munierunt¹⁰. Nobis vero¹¹ valde periculosus et difficilis est¹² transitus propter fluminis excrementum¹³, unde in festo S. Crucis in Septembre, quando litteras has¹⁴ scripsimus, nondum fluvium transieramus vel civitatem obsederamus, sed preparantes naves et alia¹⁵ ad transitum necessaria novos expectamus¹⁶ peregrinos, qui tunc¹⁷ ex qualibet mundi parte¹⁸ cum multitudine copiosa et innumerabili¹⁹ veniunt ad obsidionem civitatis, sicut²⁰ nobis nunciatum est²¹. Multi vero²² de²³ Sarracenis, dum essemus in obsidione²⁴, ad nos transierunt, ut baptizarentur. Multi vero²⁵ plures devenissent, sed fluvium transire de facili²⁶ non poterant; quidam enim²⁷ flumine submersi sunt²⁸, alii vero a suis interfecti²⁹. Dum hec in exercitu Domini³⁰ agerentur, Soldanus timens sibi³¹, ne regnum Aegypti amitteret, metuens etiam³² ex alia parte guerram Sarracenorum in se insurgentium³³, ut regnum Damasci sibi auferent, milites cum armis et munitionibus bellicis, qui erant in munitione³⁴ montis Thabor, misit Damascum, partem vero in Aegyptum. Munitionem vero, quam³⁵ fere³⁶ per septennium cum multo³⁷ labore et innumerabilibus expensis inter Accon et Jerusalem quasi clavum³⁸ in oculis nostris construxerunt³⁹, destruxerunt⁴⁰ penitus et everterunt⁴¹. A Domino factum est istud et mirabile in oculis

1. M nostras. — 2. R omittit: Inimici — Nostri. — 3. M terre et patrie et civitatum valde confusi sunt. — 4. M in eo quod tuum; R eo. — 5. MR sicut dictum est, prosilientes ducentos et quinquaginta, quibusdam occisis, superaverunt. — 6. M pro posse suo vires suas. — 7. M ipsam. — 8. M muris terre, armis, balistis, fossatis et. — 9. R omittit. — 10. R muniverant. — 11. MR omittunt. — 12. R omittit. — 13. M incrementum. — 14. M has litteras. — 15. M vasa. — 16. R exspectabamus. — 17. M sunt; R vero. — 18. R parte mundi. — 19. R obsidionem; M ad obsidionem. — 20. R autem nunciatum est nobis; M nuntiatum est nobis. — 21. R festinabant. — 22. R autem. — 23. MR ex. — 24. M sabulo. — 25. M venissent; R ex Saracenis venissent. — 26. MR de facile transire. — 27. M vero; R in. — 28. M omittit. — 29. M omittit. — 30. R Dei. — 31. M ibi timens; R sibi timens regnum Egypti amittere. — 32. M omittit. — 33. R surgentium. — 34. M monte; R omittit: montis. — 35. M que. — 36. R omittit. — 37. R magno. — 38. M clavem. — 39. R construxerant. — 40. R destruxit — delevit. — 41. M subverterunt.

nostris (Matth. XXI, 42) fuit¹, quia, si² exercitus Domini per annum munitionem³ destruere posset, ei⁴ sufficeret⁵. Civitatem etiam⁶ Gibel timore christiani exercitus⁷ destruxerunt et etiam⁸ alia oppida⁹ fere, ut credo, quinque inter¹⁰ Tyrum et Damascum everterunt, Domino¹¹ timorem eis ministrante¹² et hoc in nobis¹³ et pro¹⁴ nobis et¹⁵ sine nobis operante. Ut autem¹⁶ breviter, que in hoc anno presenti Dominus operatus est, perpendatis, in principio guerre Soldanum de campo fugavimus, postea vero casalia ejus incendimus¹⁷ et partem terre ejus¹⁸ vastavimus¹⁹, duas munitiones in via Jherusalem, scilicet Districtum et Cesaream firmavimus, montem Thabor et civitatem Gibeli cum aliis quibusdam munitionibus timore exercitus Domini Sarraceni destruxerunt, terram Aegypti navigio ingressi sumus, turrim, que clavis erat universe terre Aegypti, in medio fluminis Nili sitam cepimus, cathenas ferreas, que a turre usque ad civitatem protendebantur, ne naves²⁰ possent fluvium ascendere, confregimus, pontem etiam ex²¹ navibus factum juxta cathenas ferreas destruximus²²; Soldanus vero pre dolore turris mortuus est. Confidimus autem in Domino, quod ipse, qui bene incepit suum negotium²³, in proximo²⁴ consummabit (Phil. I, 6). Ut autem confiteantur Domino omnia opera sua²⁵ et mirabilia ejus filii hominum (Psalm. CXLIV, 10—12), glorificate eum et confitemini illi, quia fecit nobiscum misericordiam suam! Orate autem²⁶ incessanter pro nobis, ut ipse de terra Aegypti reducat nos in terram promissionis in columna nubis et ignis (Exod. XIII, 21), mare rubrum²⁷ pervium faciat, in terra deserta et²⁸ invia et inaquosa²⁹ nobis appareat, aquas Marach dulces nobis faciat³⁰ (Exod. XV, 23—25), aquas dulces de petra deserti³¹ eliciat (Exod. XVII, 5—7), carnes in vespere et manna in mane tribuat (Exod. XVI, 15), a serpentum morsibus nos defendat (Numer. XXI, 8), calciamenta nostra incontrita et vestimenta nostra³² incorrupta (Deuter. XXIX, 5) custodiat et transitu Jordane (Jos. III, 15—16) terram promissionis in funiculo distributionis dividat, ipso prestante, qui ait: Vado³³ vobis parare locum;

1. MR omittunt. — 2. MR universus. — 3. M illam. — 4. M illi. — 5. R et everterunt Sigybel. — 6. M illam et. — 7. R omittit. — 8. MR omittunt. — 9. M quinque. — 10. R sive Tygrum. — 11. G omittit. — 12. R immittente eis; M eis timorem ministrante. — 13. M omittit. — 14. M in. — 15. R omittit. — 16. M omittit. — 17. M succendimus. — 18. M sua. — 19. M omittit: duas — terram. — 20. M fluvium ascenderent. — 21. M de. — 22. M sequentia omittit: Soldanus — est. — 23. M negotium suum. — 24. M feliciter. — 25. M ejus. — 26. M eum. — 27. M nobis. — 28. M omittit. — 29. M aquosa. — 30. M faciat nobis dulces. — 31. M nobis. — 32. M omittit. — 33. M Vade.

in domo Patris mei¹ mansiones multe sunt (Joh. XIV, 2)!

a. ² Orate [pro] sociis defunctis, scilicet pro magistro Walthero de Tornacho, archidiacono ecclesie nostre, per quem Dominus in Acconensi civitate multa bona operatus est! Orate pro magistro Constantio de Duacho, decano ecclesie nostre, pro domino Johanne de Cameracho, ecclesie nostre cantore, pro domino Reinerio, quondam clerico nostro, nunc autem Sancti Michahelis in Accone pastore, pro H., serviente nostro, et pro aliis de exercitu Christiano nobis ministrantibus! Orate etiam pro sociis nostris defunctis, qui, nobis in hoc exilio relictis, ad Dominum feliciter transierunt, scilicet pro magistro Thoma, cancellario Noviomensi, pro magistro Leonio, qui legebat de theologia in civitate Acconensi, pro magistro Alexandro, nepote magistri R(ober)ti cardinalis, pro Johanne juniore de Cameraco, nepote cantoris nostri, qui, relictis omnibus pro Christo cum divitiis suis, migravit ad Christum! Quidam autem de familia nostra in expugnatione turris martirio coronati sunt. Magister vero Reinaldus de Barbachon, ecclesie nostre quondam thesaurarius, cum in nocte pentecostes (3. Jun.) matutinas audisset, missa autem de die solempniter celebrata, flexo genu ante altare recepit viaticum. Expleto vero vespertino officio, jussit sibi sterna lectum juxta capellam nostram in modico tentorio. Nocte vero eum unximus oleo sancto infirmorum, ipse continuo habens in ore eum, quem fideliter in vita sua predicaverat, imminente diluculo cum laude Dei et gratiarum actione migravit ad Dominum. Ego vero per duos menses ante Damiam fere usque ad mortem infirmatus sum, quam ad laborem et dolorem, forsitan peccatis meis exigentibus, ad me reservavit Dominus, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

b. ³ His autem litteris prescriptis et latore presentium festinante ceteros nuntios recepimus, quod Soldanus, frater Saladini, qui terram promissionis post mortem fratris sui contra Christianos detinuerat, cum audisset, quod turris Damiate capta esset, vitam malam morte pejore pro dolore finivit. Novem vero naves cum domino Petro Hannibal et quibusdam aliis Romanis in hebdomada post festum S. Bartholomei (26. Aug. — 2. Sept.) in portu Damiate applicuerunt. Dominus vero P(e)lagius), Albanensis episcopus, Apostolice Sedis legatus, cum uno principe Romanorum Accon devenit, quem de die in diem cum magno desiderio et spe capiendi civitatem in adventu suo Christi exercitus expectabat. Datum in exercitu Damiate VIII die post exaltationem S. Crucis.

1. M vestri. — 2. Sequentia solus G. continet. — 3. Sequentia solus M. offert.

V. Initio Septembris 1219. 1. Editio: Martène, Thes. anecd. III, p. 294—300. 2. Codices: Parisiensis No. 5695, f. 82^b—85^a (M.), Riantii f. 147^v—153^r (R).

Sanctissimo patri ac domino Honorio, sancte et universalis ecclesie summo pontifici, J(acobus), divina providentia Acconensis ecclesie minister humilis, tam devotam quam debitam cum osculo pedum reverentiam.

Cum orientalis ecclesia ab origine sua instar illius regionis, que a dextris regis in vestitu deaurato virtutum circumdata varietate astitisse perhibetur, prerogativa regionis floruit et sue lucis radios ad partes occidentales transmiserit, a tempore perfidi Machometi usque ad tempora nostri consenescentis mundi, die vergente ad vesperam passa eclypsim tetendit ad occasum, immo fere pervenit ad defectum, et que crebris pressurarum tusionibus concussa, sevientis inimici vibratam hastam cedere nesciens ad pugnam edoctam constanter sustinuit, fallacibus pseudoprophete persuasionibus et carnalibus voluntatis illecebrosis fluctibus emolita et miserabiliter irretita, immo graviter sauciata succubuit, et que nutrita erat in croceis, amplexata est stercora (Thren. IV, 5), derelicta a Domino tamquam umbraculum in vinea et tamquam tugurium in cucumeratio (Jes. I, 8), que tantum in quibusdam membris suis, quasi pauci racemi finita vindemia et pauce oleo post concussionem olive (cf. Jes. XVII, 5. 6), que Job in terra hac et Loth in terra Sodomorum quasi liliū inter spinas (Cantic. II, 2), inter malleum et incudem adhuc perseverans cogitur proclamare: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor, sicut dolor meus (Thren. I, 12), filios enutrivit et exaltavit, ipsi autem spreverunt me (Jes. I, 2)! Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus (Thren. IV, 1)! Nolite me vocare Noëmi, id est pulcram, sed vocate me Marach, id est amara, quia amaritudine me replevit Omnipotens (Ruth. I, 20)! His vocibus vidua paupercula tempestate divulsa non cessat clamare et coram Domino genua flectere et ad ostium misericordie ejus indesinenter pulsare, cujus afflictionem Dominus respiciens in diebus nostris multis ejusdem ecclesie filiis inspiravit, ut matris sue compaterentur doloribus, qui relictis uxoribus et filiis et venditis terrenis hereditatibus, ut meliorem et eternam in celis consequerentur hereditatem, exierunt de terra et cognatione sua et a domo patris sui egredientes (cf. Gen. XII, 1) ad ipsum extra castra improperium ejus et stigmata in corpore portantes (cf. Gal. VI, 17), contententes intrare per angustam portam (cf. Luc. XIII, 24),

anni

artam viam peregrinationis, que ducit ad eternam patriam, ingressi et labores multiplices pro nomine Christi sunt aggressi. In hujus autem tam copiose messis ubertate benedicens Dominum corone agni benignitatis sue messuit myrrham cum aromatibus suis, comedit favum cum felle suo, bibit vinum cum lacte suo. Quidam enim maximis tempestatibus, alii variis infirmitatibus, quidam vero proprii sanguinis effusione a torcularibus hujus presentis et contentibilis vite ad celestia cellaria, ad celi palatia, ad eterna gaudia transierunt. Postquam¹ enim duce Domino in portu Damiate, in² campo Taneos juxta³ Nili fluvium applicuimus, magna pars exercitus⁴ Domini⁵ quasi ad epulas invitata, orans et exultans⁶ Domino per totam estatem fere absque ullo dolore obdormivit in Domino de fluxu ventris⁷. Imminente autem hyemali tempore, cum jam turrim fortissimam, que in medio Nili inter nos et civitatem sita erat, in manu forti et brachio extento (Deuteron. V, 15), cum magno labore et sanguinis effusione nostri mirabiliter⁸ expugnassent, ita quod decem ex nostris, qui per scalam turrim ingressi sunt, CC. et L. adversarios⁹ partim¹⁰ interfecerunt, partim in captivitatem redegerunt, confregimus et¹¹ cathenas ferreas, que a turri in civitatem protendebantur, ne naves ad superiora fluminis possent ascendere. Sarraceni vero¹² tot naves in flumine submerserunt totque alia objecerunt¹³ impedimenta, quod per totam hyemem in sabulo fluminis¹⁴ laborantes nec naves¹⁵ ad superiora fluminis pertrahere¹⁶, nec fluvium, ut ex propinquo civitatem obsideremus, potuimus pertransire, exceptis paucis admodum¹⁷ navibus, quas¹⁸ magno periculo inter turrim et civitatem, per lanceas et spicula¹⁹ et lapides et ignem et ictus petrariarum deduci fecimus, paucis tamen²⁰ ex nostris interentis. Venerabilis autem pater Albanensis episcopus, Apostolice Sedis legatus, absque damno rerum suarum et²¹ personarum cogonem suam fecit ad superiora²² pertrahi fluminis. Ego vero meam cum ducentis²³ hominibus fere, quibusdam tamen ex illis interfectis²⁴ et vulneratis, deduci feci. Post hec vero barbotam meam cum viginti hominibus in²⁵ flumine amisi, quorum sex captivi ducti sunt, reliqui vero pugnando

1. Abhinc codex R. — 2. R juxta Campotaneos. — 3. R super. — 4. R nostri. — 5. R omittit. — 6. R ut. — 7. R dolore fluxu ventris obdormivit. — 8. R milites expugnaverint. — 9. R ex adversariis. — 10. R in captivitatem reduxerunt. Confregimus. — 11. R omittit. — 12. R omittit. — 13. R obtexerunt. — 14. R super flumine commorantes. — 15. R nostras. — 16. R non poteramus. — 17. R modum. — 18. R quas cum. — 19. R spiculas, lapides. — 20. R omittit. — 21. R omittit: et person. — 22. R superiora fluminis. — 23. R fere hominibus. — 24. M vulneratus deduci feci. — 25. R amisi in flumine; sex captivi.

viriliter interfecti sunt. Cogo vero ¹ Templariorum, cum prope civitatem pertransiret ² cum triginta fere hominibus, a Sarracenis est detenta ³, qui tamen viriliter resistentes, postquam multos de ⁴ adversariis occiderunt ⁵, et cum ⁶ jam amplius ingredientium Sarracenorū impetum sustinere non possent, circiter ⁷ quingentos Sarracenos armatos secum in flumine cum navi submergentes ad modum Samsonis plures moriendo quam vivendo (Judic. XVI, 30) peremerunt ⁸. In illa autem hyeme non multi ex nostris, multi autem ex Sarracenis ⁹ nostrorum gladiis intererunt ¹⁰. Nam ¹¹ die quadam, cum ¹² multi ex Sarracenis cum galeis suis galeas nostras ¹³ vellent invadere, plusquam mille, qui ¹⁴ ad terram Ægypti ex parte nostra descenderunt, a paucis militibus nostris ¹⁵ partim interfecti gladio sunt, partim in flumine perierunt. Non longe post tempus ¹⁶ cum quadam ¹⁷ die fecissent quemdam pontem in superiori parte fluminis, ut ad nos transirent Sarraceni ¹⁸, pauci ex ¹⁹ militibus nostris occurrentes plusquam duo millia interfecerunt. Multi autem ex Ægyptiis, dum fugerent, eo quod Dominus pro nobis pugnaret (cf. Exod. XIV, 14), submersi sunt ²⁰ quasi plumbum in aquis (Exod. XV, 10) vehementibus, nostri vero sani et incolumes, duobus ²¹ tamen martyrio ²² coronatis, ad castra cum ²³ triumpho redierunt. Non ²⁴ placuit tamen divine providentie illud tempus hyemalē, quo morati sunt ²⁵ in sabulo, absque multiplici lucro animarum pertransire. Immisit enim Dominus ²⁶ morbum nulla ²⁷ arte medicorum curabilem ²⁸, morbum contagiosum absque fisis ²⁹ rationibus magne parti exercitus nostri divinitus immissum, vel ad ³⁰ peccatorum purgationem, vel ad majorem promerendam coronam ³¹. Femoribus enim et tibiis primo ingrescentibus et ³² deinde putrescentibus, carnibus etiam superfluis in ore suberescentibus, divinitus absque ³³ dolore magno languentes et paulatim corde deficientes, cum suis loquendo et jugiter Deum deprecando, more dormientium claudentes oculos et spiritum suum Domino commendantes relictis corporibus ad gaudia supernorum civium evolabant.

In diebus illis venerabilis pater noster R(ober)tus de Corchon ³⁴,

1. R autem. — 2. R transiret. — 3. R detentus. — 4. R ex. — 5. R ceciderunt. — 6. R omittit. — 7. R circa. — 8. R perhyemarent. — 9. R Saracenorū militibus. — 10. R sunt interempti. — 11. R in. — 12. R omittit. — 13. R galeis nostris vellent invadere. — 14. R in terram ex parte — descenderant. — 15. R nostris militibus. — 16. R tempore. — 17. R quidam multi ex Saracenis fecissent pontem. — 18. R omittit. — 19. M ex. — 20. R omittit. — 21. R duo. — 22. R coronati sunt martirio. — 23. R magno. — 24. R tamen divine placuit providentie. — 25. R sumus. — 26. R nostris. — 27. R ulla. — 28. R incurabilem. — 29. M fisis magne parte (sic) exercitus nostri. — 30. R purgationem peccatorum. — 31. R personam. — 32. R omittit: et — divinitus. — 33. R magno labore. — 34. R Corson.

tituli ¹ Sancti Stephani in monte Cœlio cardinalis, vir litteratus et devotus, affabilis, liberalis et benignus, zelum Dei ² habens, et liberationem terre sancte ³ ardentem desiderans ⁴, feliciter migravit ad Dominum. Una venerat ⁵ cum patre Parisiensi episcopo et quibusdam aliis nobilibus, qui se et sua Domino obtulerant, quorum nomina scripta sunt in libro vite (Apoc. XIII, 8). Ex asperitate autem hyemis et in ⁶ tempore frigoris preter ⁷ abundantiam fluvii et maris intumescens inundationem ⁸ multi ex nostris, longe ⁹ autem plures ¹⁰ ex Sarracenis interierunt, et nisi Dominus misertus suorum miserabiliter avertisset, dum aqua marina subito et ¹¹ cum impetu ad castra nostra ¹² perveniret, vix aliquis ex nostris evasisset ¹³, sed nostri, ut ¹⁴ credo, divinitus inspirati, paulo ante amplum fossatum fecerunt ¹⁵ in sabulo circa castra, non quia maris inundationem, quam nunc ¹⁶ advertent, timerunt ¹⁷, sed ut naves nostras absque periculo ab inferioris ¹⁸ parte fluminis ad superiora per ¹⁹ fossatum trahere valerent ²⁰. Cum autem ²¹ maris aqua ²² sevientis et ripas per unum milliare versus castra nostra egredientis metas consuetas excedens redundaret, quidquid invenit extra fossatum ²³ nostrum, submersit, scilicet tentoria cum victualibus, quibusdam ante ex nostris submersis, alii, qui se ²⁴ infra ²⁵ fossatum receperunt, per Dei gratiam evaserunt. Cum autem ad fossatum perveniret et ab ²⁶ alveo fossati usque ad alveum fluminis perflueret, ruptum est fossatum nostrum ex parte castrorum nostrorum in quibusdam locis, et cum jam ²⁷ inciperemus submergi ²⁸, obicientes vela navium cum tabulis et sabulo et cadaveribus ²⁹ animalium subversorum cum ingenti labore, sicut Domino placuit, tam periculosum et improvisum diluvium evasimus ³⁰. Interim autem, dum ³¹ hec agerentur a nostris, venerabilis pater Albanensis episcopus, Apostolice Sedis legatus, una cum patriarcha Jerosolymitano et

1. R Beati (Stephani, cujus nomen omittitur). — 2. R Domini. — 3. R sancte terre. — 4. R Corpus magistri Roberti de Corson inventum fuit siccum et integrum et sine fetore et sine putredine in spelunca, ubi positum fuerat et per annum et sex septimanas cum sacris vestimentis suis, in quibus sepeliebatur, adhuc translatum erat Jherusalem, feliciter migrans ad Dominum una cum venerabili patre. — 5. R omittit. — 6. R et terrore frigoris. — 7. R solitam habundantiam et maris. — 8. R inuntocione (sic). — 9. R omittit. — 10. R plures tamen — interierunt, unde Dominus. — 11. R omittit. — 12. R subito ad castra nostra cum impetu. — 13. R evasisset ex nostris. — 14. R divinitus, ut credo, inspirate (sic), paululo. — 15. R fecerant. — 16. R vertebant. — 17. R tumorem. — 18. R inferiori. — 19. R fossati. — 20. R valuerunt. — 21. R omittit. — 22. R aqua maris. — 23. R extra fossatum nostrum invenit. — 24. R omittit. — 25. R intra. — 26. R usque ad alveum. — 27. R omittit. — 28. R mergi abicientes. — 29. R cadavera animalium submersarum (sic). — 30. R invasimus. — 31. R cum.

archiepiscopis et episcopis et universo clero, indicto ¹ a principio triduo jejunio in pane et aqua qualibet VI. feria, cum psalmodia ², litania et devotis supplicationibus ³, nudis pedibus in processione procedentes populum exhortabantur ⁴, ut clamarent ⁵ in celum et divinum implorarent auxilium, in illo solo spei anchoram figendo, qui salus est humilium, consolator afflictorum, et miseriarum ⁶ medela, qui non in fortitudine equi voluntatem habebit (Psalm. CXLVI, 10) ⁷ et qui potens est ⁸, quando vult, vincere ⁹, et quomodo vult, eque in paucis ¹⁰ ut in multis. Omnia autem prostibula et eos, qui tabernas ad potandum frequentabant ¹¹, eos etiam, qui cum deciis et aleis ¹² tam sanctum negotium, quantum in se erat, fedantes ¹³ et corrumpentes ludebant ¹⁴, partim per excommunicationis sententiam ab ¹⁵ exercitu Christi vir providus et in officio sibi commisso sollicitus minabat ¹⁶. Imminente vero Quadragesima, misertus Dominus afflictionis populi sui, cum jam naves per predictum fossatum ad superiora fluminis cum magno labore traheremus ¹⁷ et fluvium ¹⁸ absque magna effusione sanguinis ¹⁹ transire nequaquam valeremus, immisit Dominus regi ²⁰ et exercitui Egyptiorum ²¹ tam pingui ²² unam formidinis aculeum, quod nocte fugientes castra sua cum tentoriis et partem ²³ magnam suppellectilis sue et navium et animalium nobis reliquerunt. Illi vero, qui erant in civitate, videntes, dominum suum cum universo exercitu suo a facie nostra fugisse, fugerunt ex majore parte ita se comprimentes ²⁴ in porta, quod fere mille utriusque sexus in compressione suffocati mortui sunt. Alii autem ²⁵ omnes fugere proposuerant et nobis vacuum relinquere civitatem, sed nostri festinantes et summo mane fluvium absque hostium ²⁶ impedimento transeuntes cinxerunt ²⁷ undique civitatem, tam per aquam quam per terram eam ²⁸ obsidentes, pontem etiam fortissimum super naves fabricaverunt ²⁹, ut hi, qui in sabulo ex parte alia ad custodiendum fluvium et portum remanserant, si opus esset, auxilium absque mora et impedimento ferre possent. Audiens autem Coradinus, rex Damasci, fratrem suum, scilicet Soldanum Egypti, predicto modo fugisse, congregata multitudo copiosa Turcorum, descendit ³⁰ ad partes Egypti, ut fratri suo et civitati obsesse

1. R jejunio a primo triduo et in pane. — 2. R et letania. — 3. R orationibus. — 4. R exhortabatur. — 5. R ad Deum et divinum. — 6. R miserorum. — 7. R n. t. n. b. e. — 8. R vincere. — 9. R omittit. — 10. R omittit. — 11. R falsi cristiani more dyaboli et in eos, qui. — 12. R ludebant. — 13. R defendentes. — 14. R omittit. — 15. R omittit: ab — vir. — 16. R eliminabat. — 17. R transissemus. — 18. R fluvium autem. — 19. R magna sanguinis effusione. — 20. R Egyptiorum. — 21. R ejus. — 22. R fugitivum formidinis aculeum. — 23. R ex parte magna. — 24. R componentes. — 25. R vero. — 26. R omittit. — 27. R occurerunt civitatem undique. — 28. R omittit. — 29. R fecerunt. — 30. R descendens.

succurreret¹ festinanter. Sed et illis, qui juxta Euphratem fluvium² commorantur et qui in partibus Babylonie et Alexandriae³, in partibus etiam orientalibus⁴ valde remotis habitant⁵, in unum contra nos congregatis, nostris non visum est⁶ tante multitudini expedire cum armis occurrere, eo quod magna pars ex nostris egritudine detinebatur, equi vero nostri ex majori parte per totam hyemem mortui fuerant, residui vero debiles erant⁷ et macilenti. Habito autem⁸ consilio, ex utraque parte fossati⁹ cum propugnaculis nostrum cinximus exercitum. Turci vero tam per fluvium cum galeis, quam per terram cum gladiis, arcibus et balistis ex parte fossati in sabulo insultum acerrimum contra nos facientes, divino nos protegente subsidio, ad castra sua confusi redierunt, duobus vero¹⁰ millibus ex ipsis partim vulneratis¹¹, partim interfectis, de nostris vero¹² pauci admodum interfecti sunt, quidam autem leviter vulnerati. Sed et machinam vehementer succensam, quam super naves fabricatam ad pontem nostrum, ut ipsum¹³ comburerent, transmiserant, absque aliquo pontis damno nostri retinuerunt. Extunc autem expectabant Sarraceni, ut, quando insultum in civitatem faceremus, ipsi ex alia parte insultum in nostra castra facerent et ita¹⁴ nos ab impugnatione civitatis¹⁵ retraherent et impedirent¹⁵. Nos interim¹⁶ petriarias, tribuceta, scalas et alia bellica preparantes instrumenta, sub terra etiam¹⁷ fodientes, ut turres murorum¹⁸ dejiceremus, vel civitatem per meatus subterraneos ingrederemur¹⁹,

1. M succurreret. — 2. R fluvium Efratem. — 3. R Alexandriae et Babilonie. — 4. R et orientalibus. — 5. R habitabant. — 6. R expedire tante multitudini. — 7. R fuerunt. — 8. R omittit. — 9. R cum fossato propugnaculis nostris. — 10. R fere. — 11. R interfectis, partim vulneratis. — 12. R autem. — 13. R omittit. — 14. R omittit. — 15. R omittit. — 16. R nos penetrantes tribuca et. — 17. R etiam. — 18. R minorum. — 19. R Contigit autem die decollationis S. Johannis Baptiste, quod ad sedandum animi populi nostri potentes exierunt habentes in firmo proposito contra Sarracenos bellum agere, cumque ad fossatum eorum pervenissent nostri, ipsi fossatum illud turpiter emisissent indefensum, nostri vero neminem invenerunt insistentem, quia, cum procederent, Sarraceni ordine retrogrado se elongaverunt. Majores autem exercitus nostri considerantes, quod non expediret nobis eos iterum insequi, cum non possemus eos comprehendere et gens nostra, que pedes fuit, siti et calore sabuli et armorum pondere cruciaretur, perpendentes et asseruerunt nobis expedire, quod ad tabernacula nostra reverteremur, et revertentibus nostris quidam ex Sarracenis a latere quodam retro lat(er)ic(ul)is, clavis et pilis et igne greco nostros molestabant. Quidam nostri pedites et etiam ex militibus non valentes sustinere terga dederunt in fugam, versus licias nostras reversi sunt irrevocabiles, sed magna pars calore et siti in sabulo extincti sunt, Sarraceni in milites nostros post modum vehementer irruerunt, adeo nostri(s) in personis et equitaturis multa dampna intulerunt, et ita inflictibus illis perdidimus cc mi-

confidimus in Domino, quod civitatem tradet in proximo in manus Christianorum, pauci enim in civitate remanserunt et victualium penuria quam plurimum affliguntur. Coradinus etiam cum magna parte exercitus in proximo recedere cogebatur, eo quod audierat, Soldanum Iconii et regem Armenie et filium Saladini cum innumerabili multitudine tam equitum quam peditum fines ejus ex parte Halapie et Damasci ingressos et contra ipsum Coradinum, ut terram suam sibi auferrent, pugnatuos. Obtenta autem a nobis civitate Damiata, que clavis est totius Egypti, adjuvante Domino, totam terram residuam de facili Christi subiciemus imperio et sic demum cum gaudio et exultatione, cum triumpho et gratiarum actione ad terram promissionis, ducente Domino, et orationibus nostris cursum dirigentibus, revertemur.

Sciatis, quod ad passagium Pasche de statu exercitus crucis Christi pro fide Christi coram Damiata decertantis, qualiter scilicet in hyeme proxime preterita equoreis et igneis, aëreis et hostium in transitu fluminis exponebatur periculis, vobis ad plenum significamus. Quomodo autem in negotio predicto postmodum processum sit, presentibus declaramus. Scitis, quod per totam estatem preteritam captioni civitatis per ingeniorum erectionem et frequenter per terram et aquam insultui vacavimus et, cum predictis operam daremus, Sarraceni, agminibus factis et bellis ordinatis, in manu potenti licias nostras expugnabant ita violenter, quod licias nostras semel intraverunt, quos nos potenter eiecimus et tam equorum quam personarum stragem fecimus copiosam. Et hujusmodi vexatione nos a proposito nostro, quod quandoque proximum fuit effectui, revocabant. Cumque considerarem, quod sine bello difficili tantum opus non perficeremus, habita prius magna deliberatione, quis castra nostra custodiret, et qui nobiscum egrederentur, et quis galeas et vasa nostra dirigeret per flumen ad expugnanda vasa et capienda tentoria inimicorum nostrorum, de communi consilio cleri et militie, majorum et minorum de liciis nostris, agminibus factis et bellis nostris dispositis, tam viriliter quam potenter in die decollationis B. Johannis Baptiste (29. Aug.) ad sedandum murmur populi et quorundam clericorum exivimus habentes in firmo proposito, quod, si Sarraceni per virtutem sancte crucis et per ministerium nostrum bello succumberent campestri, nos in castris eorum, que nobis vicina erant ad unam leucam, hospitaremur et ita nostris per interpositionem nostram securitatem prestaremus invadendi civitatem et sic cum cuneis ordi-

lites, de militibus Templi et Hospitalis et aliis peregrinis quidam capti, quidam interfecti sunt, de populo perdidimus circa duo millia. Con-
fiteantur etc.

nate incendibus a castris nostris elongaremus. Similiter Sarraceni, bellis ordinatis, a castris suis exibant, ita quod de bello securi esse credebamus et, nobis precedentibus, illi pedem referebant. Cumque ad fossatum eorum devenissemus, quod ipsi ad emittendum galeas suas in mare effoderant, illi fossatum illud turpiter dimiserunt indefensum. Nostri vero transeuntes neminem invenerunt resistentem, quia, quando procederent, Sarraceni ordine retrogado se elongaverunt. Majores autem exercitus considerantes, quod non expediret ita eos insequi, cum non possemus comprehendere et gens nostra, que pedes fuit, siti et calore sabuli detenta et armorum pondere cruciaretur, perpendentes etiam, quod non prodesset nobis ad castra eorum progredi, quia ipsa tentoria sua subito fuerant asportata, cum assensu minorum affuit nobis expedire, quod ad tabernacula nostra reverteremur, et revertentibus nobis, quidam ex Sarracenis a latere, quidam ante, quidam retro, lanceis, sagittis, clavis et pilis et igne greco nos molestabant, ita quod nostri pedites et quidam etiam ex nostris militibus non valentes sustinere, terga dederunt et versus licias nostras in fugam conversi sunt irrevocabiles et nos in mediis conflictibus reliquerunt auxilio eorum destitutos, quorum magna pars calore et siti in sabulo fugiendo extincti sunt. Sarraceni vero in milites postmodum ita vehementer irruerunt, quod personis et equitaturis intolerabilia damna intulerunt, quod quidam ex militibus nostris non sustinentes, quidam inde indignati hostes impetebant. Sed Sarraceni includentes dispersos, qui eorum consuetudinem non noverant, eos in tantum clavis et ensibus, pilis et igne greco agitabant, quod ipsi succubuerunt, et ita in conflictibus illis perdidimus ducentos milites de militibus Templi et Hospitalis et aliis peregrinis, inter quos nobiles viri electus Belvacensis, dominus Walter, domini regis Francie camerarius, filius ejus vicecomes de Bellomonte, dominus Johannes de Archies, dominus Andreas de Esporesche, dominus Andreas de Nantuel, frater supradicti electi, et alii nobiles viri, quidam capti, quidam interclusi sunt. De populo vero perdidimus circa duo millia. Inimici vero crucis Christi nostros taliter cedendo et tabescendo eos nos usque ad licias nostras insecuti sunt et post hanc nostram confusionem cum spoliis suis ad tabernacula sua reversi sunt non sine tumultu, cachinno et derisione, nec sine damno magno reversi sunt et singulis diebus coram liciis nostris revertentes verbis nos contumeliosis irritant et obprobriis lacescunt. Ad hec sciatis, quod quidam peregrini metu, quidam, quia moram fecerant annuam in exercitu, ad transfretandum se preparabant, quod remanentibus timorem pariter generat et rancorem. Preterea noveritis, quod, sicut a quibusdam exeuntibus a civitate sponte sua et ab aliis in fugiendo captis didicimus,

quod inclusi non habent, quod manducant, qui in tantum fame artantur, quod in proximo oportet, ut se captivos reddant, vel aliquo alio modo pacem faciant, et capta civitate, cum adiutorio pauxillo in residuum terre ingressum habebimus facillimum et, terra subjugata cum Dei adiutorio, in Judeam revertemur, muros matris nostre Jerusalem et aliarum munitionem, que sunt in Judea, reedificaturi, quarum muri, turres et propugnacula ad terram funditus posternuntur.

Nachtrag.

Durch die Güte der Herren Proff. E. Winkelmann und Holder-Egger bin ich in den Stand gesetzt, zu den Bd. XIV, S. 97—118 mitgetheilten Briefen einige Korrekturen resp. Emendationen zu geben. S. 97, Z. 4 des Textes lies: Palestrina statt Frascati; S. 101, Z. 34—38 war der ganze Passus von: simia (so ist richtig zu lesen) bis fructus als aus Bernards Schrift De consideratione II, c. 7 wörtlich entlehnt zu charakterisieren; S. 102, Z. 34: sepeliendus, Z. 36: oculata; S. 103, Z. 26: prelegi, Z. 31: ut; S. 104, Z. 9: actioni, Z. 16: contemplationi, Z. 20: penitentiarius (für provincialis?), Z. 23: die Stelle: canes ... latrare stammt aus Jes. 56, 10, Z. 39 statt quum ist wohl quando zu lesen; S. 105, Z. 21: statt quum ut quoniam zu lesen, ebenso S. 108, Z. 26; Z. 109, Z. 7 ist wohl ut zu tilgen; S. 110, Z. 1: conformabantur, Z. 15: Dei einzufügen, Z. 20: aliud, Z. 24: a nobis, Z. 34: juris dictionem; S. 111, Z. 5—6: confugerant, Z. 13: meretrices, Z. 36: flagitia; S. 112, Z. 8—9: Per quam ... universi? Z. 17: secundum, Z. 21: moniti sunt, Z. 23: ut ab errore; S. 113, Z. 37: quando, Z. 39: quandoque; S. 114, Z. 8: Postquam (?), Z. 22: sic ut; S. 115, Z. 12: quando; S. 116, Z. 22: expectabamus (?); S. 117, Z. 22: Domine, Z. 25: tamen (für tam), Z. 29: confinio.
